



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

VII. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Pelagia gravissimis prius obstricta sceleribus mutata repente vitâ rigidam actura pœnitentiam se Mariæ mancipatui tradit, cuius ope peccatorum veniam, & sanctam mortem obtinuit. *In vita.* Ita etiam Venus in cœlum transfertur, si pœnitens fit.

S. Pelagia ex intimis animæ meæ penetrabilibus ingemo, quoties me delictorum, quæ perpetravi, urget conscientia! percussio proinde pectus, & contrito corde clamo: Peccavi: tu mihi per Mariam, unicam spem meam, delictorum veniam, & beatam mortem impetra. Illa mihi fit Maria de victoria in terris, & Maria te triumpho in cœlis. O Sanctissima Dei, & mea, Mater preciosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus generis milles, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Mariam hodie de victoria, pro subigendis & Ecclesiæ, & meis animæ hostibus invocabo.

Unaquæque arbor ex fructu suo cogno scitur, ita ut generatio nobilissimi fructus arguat nobilitatem generationis. Sed unus solus est nobilissimus fructus, uteri nempe virginialis. *B. Alb. M. tr sup. Miss.*

Quæstio: Cur quos Deus rejicit, Mater exaudiat?